



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Katharinen-Altar in der Pfarrkirche zu Kyritz seine Dotation mit verschiedenen Hebungen, am 7. Februar 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

XXXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Katharinen-Altar in der Pfarrkirche zu Kyritz seine Dotation mit verschiedenen Gebungen, am 7. Februar 1344.

Nouerint etc. Quod Nos Ludowicus etc. ob iugem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum Brandenburgensium bone recordationis predecessorum nostrorum appropiauimus et appropriare decreuimus altari exulum in ecclesia Parochiali ciuitatis nostre kyritz sito, in honore beate katherine virginis et sancte marie magdalene dedicato, sex choros filiginis, vnum chorum ordeï cum tribus modiis, et vnum talentum denariorum annuorum reddituum in villis et villarum curiis subsequenter situatos, videlicet in villa Tetze in parte aquilonari In curia hinrici scheper sex modios filiginis cum duobus solidis denariorum brandenburgensium, In curia Nycolai wurthun totidem; In parte australi In curia arnoldi Rochschowe dimidium chorum filiginis, In curia Arnoldi scheper VI modios filiginis cum duobus solidis denariorum predictorum, In curia hinrici Rudolphi tantum, In curiis coltatorum VIII solidos denariorum; In villa Bornbyn In parte aquilonari In curia kunekini kerkhof I chorum filiginis, In curia dytmari Schonermarke tantum; In parte australi In curiis amborum Sprekhaghen In cuiuslibet curia diuisim I chorum filiginis; in villa wustoch In parte aquilonari In curia dicti Schartowe III modios ordeï et in curia relichte wadefchinkel tantum, In parte australi in curia henninghi woldighes I chorum filiginis et III modios ordeï, in curia Clare III modios ordeï, in curia Ludekini wadefchinkel VI modios ordeï, in curia Gronen III modios ordeï, in curia Mauricii Riken I chorum filiginis cum III modios ordeï; in villa Mechow in henninghi franken I chorum ordeï, in curia kunekini de Ekstede I chorum filiginis cum omni iure sine inquietacione seu impedimento quolibet perpetuis temporibus quiete et pacifice pertinendos, Renunciantes omni iuri, actioni et impeticioni, que nobis heredibus ac successoribus nostris in premissarum villarum ac curiarum redditibus superius expressis competebant uel competere possint aliquantulum in futurum. In cuius etc. Actum kyritz, Presentibus duce de decka, Jo. de Buch, Wullsteyner, hufener, B. magistro coquine, Ottone de helbe etc. Datum vero Brandenburg, Anno XLIII, Sabbato post festum purificationis.

Aus dem Ragoczki'schen Copialbuche im Besitze des Herausgebers No. IV. Vollenhaft nach einem andern Copialbuche B. I. S. 375 ebirt.

XXXII. Die von Krughe bestätigen dem Kaland zu Perleberg eine Hufe Landes zu Reg, am 18. April 1344.

Nos Boldewinus, Conradus, Johannes et Nicolaus, famuli, dicti de Croghe, presentibus lucide protestamur, quod Hermannus Breske, Clericus, pie anime sue et salubriter intendens, nobis consentientibus mansum in Redisse situm, cum omnibus attinentiis, quem a nobis in pheodo tenet, fratribus Kalendarum in Perleberghe in subsidium ad fundandum et dotandum altare omni libertate absque quolibet seruitio, sicut a nobis ipsum tenuit, Cum omnibus pertinen-